eum ad me. ⁊ adducto eo dixit. Canta mihi vnum. Et ille. quid cantabo niſi maledictionem. Maledictus dies in qua natus ſum. ⁊ lucifer. canta meliorē. quid inq̄t cantabo niſi maledicta ſit hora ī qua mater mea me genuit. Et ille canta adhuc meliorē ⁊ miſer dixit. quid cātabo niſi ꝙ ipē deus ſit maledictus qui me naſci permiſit. hoc eſt ait lucifer quod volui. Ducite ergo eum in ſedem quam meruit qui ꝓiectus eſt in vnum puteum ⁊ factus eſt talis ſtrepitus ac ſi totus mundus caderet. ad quez ſtrepitū euigilans camerariꝰ cucurrit ad cameram ⁊ dn̄m mortuū inuenit. Narrata igit̄ viſione ordinē intrauit. hoc exemplum ideo inſerui vt audirēt mūdi amatores delicati qualiter poſt vinū ⁊ delicias potātur amariſſimis potibꝫ penarū. Ecce dyabolus dicitur omnis homo qui in primo homine oēs hoīes viciauit: vt dicit Glo. ſup Mat. xiij. Inimicus homo fecit ⁊c̄. Ideo primo ponit bonū vinū voluptatū. Et poſtq̄ ſui his inebriati fuerint tunc ponit illud quod deterius eſt. Audi de hoc vino aut potu quē ꝓpinat dyabolus pꝰ corpis delicias. ¶ Aliud terribile exemplū. Quidaz deuotus vidit in ſpiritu quendā ſecularē: qui multuz exceſſerat in mūdi gloria. in gula. luxuria. cantibꝫ ⁊ varijs ſolacijs: ad infernū deduci. ⁊ ecce princeps demonū de cathedra ſua occurrit illi. ⁊ collocauit eū in ipa dicens. Sede hic pro honore quē habuiſti in ſeculo. Erat aūt cathedra tota ignea oblatus aūt eſt ei in vaſe potꝰ amariſſimus. fetidus ⁊ īmundus. ⁊ coactus eſt bibere dicētibꝫ. Bibe hunc potum delectabiliuz quos bibiſti in ſeculo. aſtiterunt aūt duo demones cuz tubis ⁊ ſufflantes in auribꝫ eius. ⁊ exibat ꝑ aures eius oc̄los ⁊ nares ⁊ ceteros meatus flama ignea. ⁊ hec inquiūt habeas tibi ꝓ cantilenis ⁊ vanis quas audiſti poſuerūt ⁊ ſerpentes circa collum ⁊ brachia dicentes. ⁊ hec habeas ꝓpter amplexus mulierum.

¶ Dominica tercia poſt epiphaniam. ſermo.

Nolite eſſe prudentes apud voſmetipſos. nulli malū ꝓ malo reddētes. ꝓuidentes bona non tm̄ coraz deo ſ3 etiam coraz hominibꝫ ſi fieri pōt qd̄ ex vobis eſt cū omībꝫ hoībꝫ pacem habentes. ad Roma. xij. Vulpes eſt aīal
B valde aſtutuz ⁊ deceptoriuz. nam dicit Iſido. li. xij. duz non habet eſcam hanc ſtatim inuenit aſtutiā ꝙ mortuam ſe fingit. ⁊ ſic aues deſcendētes quaſi ad cadauer ſtatim rapit ⁊ occidit. Idez refert de ſerpente cornuto qui dicit̄ ceraſtes qui ſimilē habet aſtutiā. naz totū corpꝰ occultat ſub arena ſolis cornibꝫ ſine coopculo derelictꝫ qd̄ videntes auicule credunt ꝙ ſint vermes. et dū eas capere ⁊ inde refici nitunt̄ a doloſo ſerpente ſubito rapiuntur. Moral̄. his aīalibꝰ aſtutis quidā hoīes ſimiles ſunt qui valde cito ſciunt vias nocendi inuenire ⁊ decipere alios occulte ⁊ putantes ſe in hoc ſapientes cuz tm̄ potius aſtutia ⁊ deceptio q̄ prudentia nominet̄. qꝛ dic̄ ſanctus Tho. ſcd̄a ſcd̄e. q. lv. Aſtutia eſt cū quis ad ꝯſequenduz aliquē finē bonū vel maluz vtitur non veris vijs ſed falſis ſimulatis ⁊ apparentibꝫ: ſicut legit̄ figuratū Gen̄. xxxvij. Fratres Ioſeph oderunt eum eo q̄ a patre plus q̄ ipſi amaret̄. Cūq3 quodā tpe Iacob filiū ſuū Ioſeph ad eos deſtinaret videntes aūt eū dixerūt. Ecce ſomniator venit venite occidamꝰ eū: ⁊ videamꝰ quid pſint ſomnia ſua. Conſilio tm̄ inito yſmahelitis vendiderūt. ⁊ ſtatim aſtutiā excogitauerunt vt deluderent patrē. nā ſumpſerūt tunicā ⁊ in ſanguine occiſi hedi intinxerunt. ⁊ eā ad patrē cruentatā detulerunt dicētes. Vide ſi tunica filij tui ſit an nō: quā cū vidiſſet pater ait. Fera peſſima filiū meuz deuorauit. ſicq3 deceptꝰ fuit. Ecce qualiter ad oſtēdēdū finē ſue malicie vſi ſunt vijs ſimulatis qd̄ tm̄ non eſt faciendum. qꝛ dicit Tho. vbi ſupra. Nō oportet eū qui vult eſſe prudens ad finē bonū falſis vijs ⁊ ſiľatis peruenire ſed veris. vnde aſtutia: ſi etiā ordinat̄ ad bonū eſt peccatū. ideo apl's. ij. Corinth. iiij. Abdicamus occulte dedecoris. i. ſordes peccatoꝝ nō ambulantes in aſtutia ſed in manifeſtatione veritatis. et hanc aſtutiā ꝓhibet apl's etiā in verbis allegatis cū dicit. Nolite prudētes eſſe apud voſmet. ⁊c̄. In quibꝫ verbis nos apl's ad duo inſtruit. Bona noſtra ꝓximis cōicare. ibi. nolite eſſe prudentes. Mala ab eis illata tolerare. ibi. nulli malum ⁊c̄. Q̄tū ad primuz docet bona noſtra. ſ. aīe vt prudentiā ꝓximis cōicare ⁊ nō apud nos retinere cū dic̄. nolite eſſe pru. apud voſmetipſos ⁊c̄. q. d. ſed magis exerceatis eā apd̄ ꝓximos
veſtros. Circa qd̄ notandum aīalia irrōnalia cōicāt ſu- C
as prudētias. et primo patet de ſerpēte q̄ ſuas prudētias nobis cōicat vt ⁊ eas alijs cōicemꝰ. Prima eiꝰ prudētia aut ſapiā eſt in capitis cōſeruatiōe. qꝛ ſerpens caput ꝯſeruat ⁊ cuſtodit in quo eius vita ꝯſiſtit. vt dicit Auguſ. li. ij. de tri. Et dicit Pli. in ſpe. na. Si ſerpēs caput cū longitudine duoꝝ digitoꝝ amiſerit nihilominus viuit ꝓpter quod totū corpus ꝓ ꝯſeruando capite apponit. Spūalit̄ ꝑ caput intellige xp̄m d̄ quo dicit apl's ad Eph. j. Ipſum dedit caput ſup omnem eccliam. Glo. militantē ⁊ triūphantē que eſt corpus ipſius. Pro iſto igit̄ capite noſtro in quo eſt vita noſtra expendere debemus nos ⁊ nr̄a. ⁊ ꝓpter honorē eius iniurias ſuſtinere taz in corporibꝫ q̄ in rebꝫ vt dicit Holk. ſup lib. ſap. lectione. lxxij. Vel in hoc docent nos ſerpentes vt caput noſtrū xp̄m in nobis cuſtodiamus. ⁊ ꝓ ipſo aliquo habemꝰ vitā grē ⁊ glīe oīa alia negligamꝰ: ſic fecit apl's ad Philip. iij. qui ait. ꝓpter quē. ſ. xp̄m oīa detrimēta feci. i. reputaui ⁊ arbitror vt ſtercora vt xp̄m lucrifaciaz id eſt habeaz ip̄m in premiū et inueniar in illo. Et merito ꝓ capite nr̄o xp̄o debemus oīa exponere: qꝛ ipſo ſaluo oīa ſunt ſalua. etiā capilli. Iuxta illud Math. x. Capilli capitis veſtri numerati ſunt. ꝓpter qd̄ dixit vnus de ſeptē fratribꝫ. ij. Macha. vij. qū truncatus fuit mēbris. E celo inquit iſta poſſideo. ſed ꝓpter leges dei nūc iſta deſpicio qm̄ ab ipō me ipa ſpero recepturū. Ecce o homo ſerpentes cōicauerūt tibi p̄mā ſapientiā diſce eā ⁊ cōica alijs. tūc. n. alijs cōicas qū ꝓ xp̄i honore oīa cōtemnere eos doceas dicēs cū ſapiēte. o q̄ me diligit dānū. ſ. tpale ꝓpter me. ſ. xp̄m iuſtus eſt Prouerb. xij. Secundo ſapiētia quā cōicant nobis ſerpentes eſt in aurium obſtructione. qꝛ obſtruit aures ſuas ne audiat incātatores. querunt. n. venena incantatores que ſunt ī ſerpentibꝫ. vel in capitibꝫ ad medicamētū vite cōferentia ſerpens hoc preſentiens caput ſuū inter ſpinas corporis inuolutū abſcondit. ⁊ vnā aurez applicat ad petraz aliā cum cauda obſtruit. Sic nos moral̄. facere oportet ſm̄ Robertū vbi ſ. Incantatores ſunt mali homīes ⁊ corrupti allicientes nos ſub ſpecie amicicie ad vicia mūdi vel carnis malis ſuggeſtionibꝫ ⁊ exēplis ꝑuerſis. qū igit̄ tales incantant̄ nos ſuperiorē ꝑtez rōnis tanq̄ aurez xp̄o petre ꝯiungamus. de quo. j. Cor̄. x. Petra aūt erat xp̄s ⁊ inferiorē obſtruamus cogitatiōe finis noſtri: qua ſi cauda corpis vite ne illi q̄ blande ⁊ leniter nobis voluptates ſuggerūt ꝑtrahant ad ꝯſenſum. hec ille. Vel ꝑ incantatores intellige demones qui querūt in nobis venena pctōꝝ. quia oīe ſtudiū in hoc eſt vt poſſint nobis facere venena hoc eſt vicia vicioꝝ. his tm̄ incātatoribus reſiſtere hoc modo debemꝰ vt vnā aurem obſtruamus cauda. i. memoria mortis. qꝛ dicit Sap. Memorare nouiſſima tua ⁊ ineternū nō peccab̄ Eccī. vij. Aliā autē applicare debemꝰ ad terrā ꝯſiderationē ꝓprie fragilitatis. de q̄ dixi ſ. ſermone p̄cedenti. M. V. vbi q̄nta hydria didiciſtis. Scd̄m igit̄ prudentiā ſerpentis nolite prudētes eſſe apud voſmetipſos ſed cōicate eā alijs hoībꝫ. Tunc eū cōicatis cū imprudētes vt dyabolo et malis hoībꝫ reſiſtant docetis ꝑ hoc verbum apoſtoli. j.

Petri.v. Sobrij eſtote et vigilate.q.d. diligenter a pec
catis precauete. qꝛ aduerſarius veſter dyabolus tanq̄
leo rugiens circuit quē deuoret querens. cui reſiſtite for
tes in fide. Tercia prudentia quā cōicant nobis ſerpen
tes eſt in pellis depoſitione quia ſerpēs in arto forami/
ne ſe ponit vbi veterem pellem deponit. De quo vide
ſ̄.latius dominica prima in aduentu ſermōe. ij. A. Z.
Sed hic hoc addam q̄ prudentes homīes in arta via
penitentie ſe ponūt vbi pelleꝫ veteris homīs deponūt.
iuxta illud apoſtoli ad Ephe.iiij. Deponite vos ſm pri
ſtinam conuerſationem veterem hominē q̄ corrumpit̄
ſm deſiderium erroꝛis. vel ſic moralizat Holk. vbi ſup̄
Petra p quā tranſit xp̄s in foramīa multa ſunt ipſius
vulnera. cū igit̄ veterē pellē.i. noſtrā ꝯuerſationē corru
ptam ⁊ voluntatē malā. ⁊ abhominabilē deponere vo
lumus tunc cōtemplatiōe paſſionis chriſti p ſuoꝝ vul/
nerū foramina tranſeam⁹. Quia legit̄ q̄ fuit clericus lu
bricus et immundus q̄ q̄tidie ꝓponebat ſe ꝯuertere et
pn̄iam agere. ⁊ tn̄ ſemp differebat. cui apparuit dn̄s in
forma qua crucifixus fuit in viſione oſtendēs ei⁹ vulne/
ra et ſanguinē dicēs. Vide quid pro tuis peccatis paſ/
ſus fui in corpe meo vt te et alios pctōꝛes ad me voca/
rē. ⁊ a peccatis ſaluarē. Reuertere ad me ⁊ ego ſuſcipiā
te. ille aūt meditatione deuota tranſiens p vulnera xp̄i
deſeruit peccata: intrans religionē ſancte vixit. ideo ait
dn̄s Exo. xxxiij. Ponam te in foramine petre ⁊ prote/
gam te dextera mea. Et dicit deus pater Can̄.ij. Veni
colūba mea in foraminib⁹ petre.i. ad vulnera chriſti fi/
lij mei. Et addit Robertus Holk. duo req̄runt̄ q̄ ſer
pentes in foramine pellē relinquāt. Primo foraminis an
guſtia ſiue ſubtilitas. ſi. n. latū eſſeꝫ ſine difficultate trāſ
iret ⁊ pellē veterē ſecū portaret. Secundo req̄rit̄ ſtabili
tas. ſi. n. homo nō eſſet ſtabilis potius foramen ſecū fer
ret q̄ pellem ibi relinqueret. Iſto mō ſi volumus pelleꝫ
veteris ꝯuerſationis deponere opoꝛtet artā viā penitē
tie ꝑtranſire ⁊ nō quācūq; ſꝫ in ſtabili ꝓpoſito vitam no
ſtram in melius ꝯmutātes. Audiuit mō dilectio veſtra
terciā ſerpentis ſapiētiā qualiter eam nobis cōicauerit.
et q̄d ī hoc mora. innuit̄ certe vt etiā eā alijs cōicemus
eos ad depoſitionē veteris ⁊ male ꝯſuetudinis exhortā
tes dicentes cū chriſto. penitentiā agite appropinq̄bit
enī regnū celoꝝ Math. iiij. Quarta prudētia ſerpentū
quā nobis cōicat eſt ī carnis ſubiectiōe. nā ſicut ſerpēs
calcaneo mulieris inſidiat̄ ⁊ inimicat̄ Geneſis. iij. Ini
miciciā ponā inter te ⁊ ſerpētē. ſic nos debemus inimi/
cari mlieri.i. carni. ⁊ calcaneū eius obſeruare. p calcane/
um intellige finē carnis ⁊ finis eius ē putredo quē fineꝫ
ſi attēderes deſideria ⁊ delicias carnis domabis. iuxta
illud Aug. Nihil tantū valet ad domandū carnis de/
ſideria q̄ cogitare qualis ip̄a futura ſit. Idem etiam di
cit. Delicie carnis hic nō ſatiant ⁊ in futuro damnant.
vbicunq; caro querit refectionē inuenit defectionē. Et
beatus Grego. qui inquit. In preſēti ſuauitate hamo
capit̄. quaſi p amena prata ad interitum ducit̄. Refert
Petrus damiani exemplū quō delicie carnis ad interi
tū ducunt ⁊ damnant. Quidā inquit dux venetijs cō/
ſtantinopolitane vrbis habebat vxorem ita tenere ⁊ de
licate viuentē vt cū aquis coībus ſe non ablueret ſꝫ ſer/
ui eius de roꝛe celi ibi collecto balneū preparabāt. cibos
non tangebat ſed poſtq̄ erant ab eius eunucho coram
ea in fruſta conciſi cū fuſcinulis aureis oꝛe ſuo impone
bat. cubiculū eius tot aromatib⁹ redolebat vt vix audi
tu ſit credibile. ſed dux viueret ſic delicate iudicō dei p/
cuſſa eſt ⁊ viuens cōputruit vt iā fetoꝛem illius nullus
poſſet ſuſtinere. Relinquentib⁹ ergo eā omnib⁹ famu
lis: vna ſola manſit in eius ſeruitio ancilla que non ſine
ſpecierū redolentium auxilio quaſi raptim miniſtrans
quotidie recedebat: ſicq; diem clauſit extremū diutius
miſerabiliter cruciata. Audiſtis chariſſimi fratres ⁊ ſo/
roꝛes quartam prudentiā ſerpentum qualiter oportet
ſubijcere carnem ⁊ eius attendere finem: nō igit̄ ſumus
prudentes in hoc ſolū corā nobmetip̄is ſꝫ etiā cōicem⁹
eā alijs noſtris ꝓximus vt ip̄i finē carnis obſeruēt: dicē
tes eis Gen̄. iij. Puluis es ⁊ in puluerē ibis: vt ſic car/
nis delicias fugiāt ne ineternū pereant. qꝛ dicit Aug⁹.
cōtra Fauſtū. Miſeria hic inchoat̄.q.d. et in futuro et/
naliter durat: cū caro voluptatibus et libidine inflama
tur. Quinta prudentia ſerpentū quā nobis communi
cant eſt q̄ mundū fugiamus. nam ꝓpter inimicias q̄s
ſerpens habet cum homine fugit ab eis ⁊ ſub ſpinis la
titat in locis deſertis in hoc nos docet vt ꝓpter odium
mundi ⁊ eius inſidias ip̄m fugiamus ⁊ ſub aſperitate
penitentie latitemus. Ideo dicit Aug. in quodam tra/
ctatu. Si chriſtus ꝓ te de celeſti ſede deſcendit. tu ꝓpter
ip̄m fuge terrena: ſi dulcis eſt mundus dulcioꝛ eſt xp̄s.
ſi amar⁹ ē mūdus oīa ꝓ te ſuſtinuit xp̄s. Quare mūd⁹
ſit fugiendus: quere p̄la ſ̄. dn̄ica infra octauā ephie. L.
B. D. E. et. I. Animaduertiſtis electi dei quintā ſapi
entiā ſerpentū quā nobis cōicant vt viꝫ mūdū cū ſuis
cōcupiſcētijs fugiamus necē eſt vt ⁊ mūdū fugiāt q̄tū
ad delectationē dicētes. j. Io. ij. Nolite diligere mūdū
neq; ea q̄ in mūdo ſunt. ſi quis diligit mūdū nō eſt cha
ritas dei in illo. Sexta prudētia quā cōicant nobis ſer/
pentes eſt in veneni euomitione. qꝛ dicit Soli. in libro
de mirabilib⁹ mūdi. ſerpens tranſiliens aquā vel fontē
prius euomit venenū: cuius ratio eſt. Nā aqua ē frigi
da ⁊ venenū etiā naturaliter eſt frigidū ⁊ ſic piret ſpēs
pens a frigoꝛe niſi euomeret venenum. Moraliter. Si/
cut venenū p̄mo guſtui dulce exiſtit. ⁊ poſtea vehemē/
tiſſime ⁊ amariſſime ledit. vt dicit Conſtanti. in tracta
tu de naturis liq̄doꝝ. ſic pctm̄ ī p̄nti bibitū dulciſſimū
eſtimat̄. poſtmodū aūt in moꝛtis tp̄e amariſſimū ſenti/
etur. Iuxta illud Prouer. v. Fauus diſtillās labia me/
retricis.i. culpe vel carnalis voluptatis nouiſſima aūt
illius amara q̄ſi abſinthiū. ideo dicit Grego. Momen
taneū eſt qđ delectat eternū vō qđ cruciat. Iſtud quidē
venenū peccati dꝫ hō p ꝯfeſſionē euomere q̄ vult p aq̄s
huius mūdi ad pratū celeſtis gaudij ꝑtingere: qꝛ dicit
Hug. de ſanc. vict. Nihil deo magis acceptabile q̄ cō
feſſio in homine ſue culpe. ſi hic vis de ꝯfeſſione latius
loq̄ recurre ad p̄dictā dn̄icā. ſermōe. iij. L. R. Ecce au
diſtis ſextam prudentiā ſerpentis q̄liter p euomitionē
veneni inſtruit nos ꝯfeſſionē pcti. idcirco hanc prudē/
tiam nō debemus apud nos tenere ſed etiā alios doce/
re vt venenum peccati eijciant per confeſſionem. ſicut
docuit beatus Aug. ſup pſ̄. O homo inq̄t quid times
cōfiteri illud qđ p ꝯfeſſionē ſcio minus ſcio q̄ illud qđ
neſcio. ꝯfitere homo pctōꝛ homini pctōri. ⁊ elige qđ vis
ſi enī ꝯfeſſus fueris lates: ſi nō damnaberis. ad hoc de⁹
exigit cōfeſſionē vt liberet hominē humilē. ad hoc dam
nat vt puniat ſupbum. hec Aug. Secūdo cōicant no/
bis prudentiā hericij. primo ꝯtra tentationis inſultuꝫ:
nā videmus cū hericius aliqđ ſentit in globū ſe cōglo/
merat. ⁊ ꝯtra inſidias ſe recolligit: qꝛ hꝫ coꝛiū vndiq; ſpi
nis circūſeptū interea q̄ ſe claudit ⁊ a tangentib⁹ ſe de/
fendit. Quid aūt eſt mora. pellis ſpinoſa aſpera niſi pe/
nitentia ⁊ afflictio carnis dura in qua hō dū p humili/
tatē ſe abſcondit ⁊ eaꝫ tentationi opponit tentationes
euadit. iō David cū tentaret̄ carnē afflixit. iux̄ illud pſ̄
xxxiiij. Ego aūt cū mihi moleſti eſſent induebar cilicio:
⁊ humiliaui in ieiunio animā meā. Et nota q̄ pn̄ia nō
ſolū tollit hoīm tentationes ſed etiā demonū: qđ patet
in hoc exemplo. Erat quidam miles ꝑpetratoꝛ multo/
rum ſceleꝝ: hic ad inſtantiam vxoꝛis deifice acceſſit ad
ep̄m ⁊ ſibi oīa pctā ꝯfeſſus eſt. cū aūt daret ei pn̄iaꝫ ait.
q̄ nec ieiunare nec oꝛare poſſet: iniunxit ei vt ī vna no/
cte clauſus in eccl'ia ſilentiū teneret donec ipſe ad eū cū
ſigno crucis intraret. at ip̄e ſumpſit hanc pn̄iaꝫ. ⁊ facta
oꝛatiōe ep̄s claudens eū abſceſſit. ſtatim adeſt tentatoꝛ
dyabolus ⁊ ei tanq̄ mercatoꝛ pannos varij coloris ex/

bibet ad emendum ⁊ gratis multa dare ꝓmittit ſi ei ꝑ
nemus ſaluū conductum preberet. Ille penitentie me-
mor tacuit. poſtea dyabolus formauit ſe in ſpeciem cu-
iuſdam cognati ſui clamans eccliaʒ intrauit dicēs. Ini-
micus talis venit ⁊ dn̄am cū pueris occidit. ſed ille ta-
cuit. Deinde in ꝑſona filij ſui minoris venit dicēs. Exi
pater quid agis? ecce tota domus cōbuſta eſt ⁊ familia oc-
ciſa ⁊ inimicus hic ſtat quē optime occidere poſſumus.
Sed cū ille taceret dixit. et ſi venire nō vis ego me vita
ꝓuabo et exijt. miles aūt ſtabat immobilis. Poſtremo
multitudo demonū in ſpecie feraꝝ irruentes in eū gra-
uiter vulnerauerūt. et ille cū ſilentio ſtetit imperteritus
⁊ ſic tentationeʒ euaſit q2 in ſpinis penitentie incluſus
fuit. Mane eps̄ veniēs cū ſigno crucis eū deduxit de ec-
cleſia. ⁊ dum quereret vbi vxor ⁊ filij iacerent occiſi. di-
xit eps̄ ꝙ oēs bene valerent. Et miles. ego audiui cla-
mores ⁊ ſtrepitū armoꝝ ⁊ vidi ignē. cumqȝ ſic loqueret̄
ecce filij eius veniebant ⁊ cognoſcēs illuſionē demonū
penitentiā ſuſcepit ⁊ tandē in domino quieuit. Secun-
F do bericij communicant nobis prudentiam quo ad nu-
trimentū. q2 dicit Iſido. lib. xj. ꝙ bericij eſt magna pru-
dentia quia aſcendit in vitem vel in aliam pomiferā ar-
borē ⁊ vuas excuciat ⁊ deijcit poma ⁊ inuoluit ſuper ſe
fructus vt ſpinis infigātur et ſic portat eſcā filijs. Mo-
raliter. ꝑ vites vel arbores intelliguntur ſanctoꝝ vite vel
virtutes. q2 quilibʒ dicere pōt Ecci. xxiiij. Ego ſicut vi-
tis fructificaui. ad iſtas vites vel arbores tunc homies
aſcendunt qn̄ ad ſanctoꝝ virtutes ⁊ vitas ꝯſiderādas
ꝑ mentis ꝯtemplationē ſe erigunt: q2 dicit canon. xx. di
ſtinct. c. de quibꝰ. Exempla ſanctoꝝ taʒ in ſcriptis ꝙ̄ in
factis ꝑſpicaciter ſunt recordanda. q2 ſanctoꝝ exempla
et virtutes multotiens malos ꝯuertunt. ⁊ poſt hec po-
ma eijcere. ſ. ſuos defectus cognoſcere. Quadam. n. die
dū beatus dn̄icus cū alijs iret ſacerdotibꝰ ad diſputan-
dū cōtra hereticos de via dubitarent. queſierūt a q̄daʒ
quē crediderunt catholicū ſʒ hereticus erat an ſciret vi-
am. reſpondit optime noui ⁊ libenter nō ſolū viā oſten-
dam ſed vos etiā ducam. ducēs ergo eos ꝑ quoddā ne-
mus fecit eos intantū errare ꝑ ſpinas ⁊ vepres ducēdo
ꝙ pedes eoꝝ ⁊ crura fuerūt ſanguine cruētata. Vir igi-
tur dei pacientiſſime hoc ferens in quandam dei lau-
dem ꝓrumpens oēs ad laudem dei hortatus eſt di-
cens. Chariſſimi ſperate in dn̄o ꝙ victoria nobis ꝓue-
niet. iam enī peccata noſtra ꝑ ſanguineʒ purgant̄. Ille
vo hereticus cernens bonoꝝ exemplū. ⁊ leta patientia
cōpunctus fraudis venena detexit. ⁊ hereſim abiura-
uit ⁊ vitam laudabilem poſtmodum duxit. Ideo val-
de bonū eſt peccatoribꝰ vt exempla inſpiciant ſanctoꝝ
q2 tunc in vites aſcendunt ⁊ dum cognoſcūt defectus
ſuos poma vel vuas deijciunt. Et ea velut herici9 ſpi-
nis infigunt ⁊ dorſo deferendo ſuſcipiunt qn̄ illa ꝓ poſ-
ſe ſequi acutis affectibꝰ diſponūt. ⁊ tunc inde filios pa-
ſcunt qn̄ ex hericioꝝ imitatione ſua opa dirigunt. vt di-
cit Anſ. li. v. ſimili. c. cxj. Tercō bericij cōmunicāt no-
bis prudentiā circa varietatem tempoꝝ. dicit. n. ariſto.
li. viij. animaliū. Hericij faciūt foramia in terris. vnuʒ
ꝯtra ventos ſeptentrionales a quo fugiūt dū ſentiunt
frigus. ⁊ aliud ꝯtra auſtrales. vnde dicit̄ ꝙ quidaʒ fuit
in conſtantinopolis qui ꝑ bericiū quendaʒ predicabat
omnes ventos futuros nec ſciebat aliquis vnde hanc
ſcientiā haberet. Mora. ꝑ ventū auſtralem intellige ꝓ-
ſperitatem. ſed ꝑ ventum ſeptentrionalem qui eſt fri-
gidus intellige aduerſitatē. Debʒ igitur homo prudēs
in calore ꝓſperitatis habere memoriam aduerſitatis. ⁊
hoc eſt refugere ad ventum auſtralē calidū. i. ad memo-
riā ꝓſperitatis ne ꝑ triſticiā nimiā abſorbeat̄. ideo hor-
tat̄ quelibʒ ipſe Ieſus ſyrach Ecci. xj. In die bonoꝝ. i.
ꝓſperitatis ne ſis immemor maloꝝ. i. aduerſitatis. ⁊ in
die maloꝝ nō ſis immemor bonoꝝ qđ pōt intelligi ad
literam. q2 homo prudēs debet tam in ꝓſperitate ꝙ̄ in
aduerſitate animū erectū habere. iuxta illud Cathoīs.
Rebus in aduerſis animū ſubmittere noli. Spem re-
tine. ſpes hominē nō morte relinquit. Et dicit Boeti.
li. j. de cōſo. metro. iiij. Quiſquis cōpoſito ſerenus euo. G
fatū ſub pedibꝰ egit ſuꝑbum. fortunamqȝ tuens vtrā-
qȝ rectus. inuictū poterit tenere vultū. q. d. Solus ho-
mo magnanimus ⁊ a vicio clarus ⁊ ordine vite ſeu eta-
tis calcant aduerſuʒ euentū rerū tꝑalium ſub poteſtate
ſua ⁊ reſpiciens tā bonā ꝙ̄ malā fortunā ꝯſtātem tenet
aīm. Et talis fuit anaxagoras phs. de quo refert Vale-
rius in policrate q̄ cū adeo diues eſſʒ nō extollebat̄ ſed
ſingulis derelictis ſtudendi gratia diutinā peregrinati-
one aſſumpſit. Cū aūt poſt multa tpa reuerſus fuiſſet:
et cunctas poſſeſſiones deſertas vidiſſet. ex hoc nō tri-
ſtabat̄ ſed ait. Ego nō eſſem ſaluus niſi iſte poſſeſſiōes
perijſſent. Alio modo ſic intelligit̄ ꝙ in die bonoꝝ. id ē
tpe ꝓſperitatis in hac vita ne ſis immemor maloꝝ. ſcʒ
punitionis in alia vita futura. q2 vt frequenter ꝓſꝑita-
tē huius mūdi ſeq̄tur eternitas tormētoꝝ. iđ dicit aug9.
Omel. xxj. Multi res aduerſas timēt res ꝓſꝑas nō ti-
mēt. Neſciūt tn̄ illi ꝙ res ꝓſpere citius inferūt nocumē-
tū ꝙ̄ aduerſe. Et ſbdit Aug. Periculoſior ē res ꝓſpera
aīe ꝙ̄ corpori. Et addit fratres mei aduerſus ꝓſꝑitates
acrius vigilandum eſt. et Bern̄. ſermone. ij. de palmis
licet inquit multos frangant aduerſitates tamen mul-
toplures extollit ꝓſperitas ſicut ſcriptū eſt Ps̄. xc. Ca-
dent a latere tuo mille. ſ. ſiniſtro ꝑ qđ intelligit̄ aduerſi-
tas. ⁊ decē milia a dextris tuis. ꝑ quod intelligit̄ ꝓſpe-
ritas in qua multoplures cadunt a deo. Et ſubiungit
Sapiens. Et in die maloꝝ. ſ. aduerſitatis ne ſis imme-
mor bonoꝝ. i. premiationis in vita celeſti. q2 aduerſita-
tē cōiter huius mūdi ſequit̄ premiū celi. vt dixi ſuꝑ do-
minica pma in aduentu. A. Z. Ideo prudens homo ī
vento ꝓſperitatis debet ſe ad ventum vertere aduerſi-
tatis ꝯſiderādoqȝ ꝙ poſt tēm ꝓſꝑitatē ſeq̄tur eterna aduer-
ſitas. debet etiā vertere ſe ad ventum ꝓſperitatis: aīad-
uertēdo ꝙ aduerſitatē mūdi ſequit̄ ꝓſꝑitas gaudij ce-
li. ⁊ hec memoria facit oīa aduerſa patienter tolerare. et
hoc ad pmū. Sctū ad ſcōm docet apl̄s. mala a proximis
nob illata patiēt̄ tolerare: cū dic̄. Nulli malū ꝓ ma. ⁊c. H
Vbi notandū fm plures ⁊ ꝑcipue btm̄ Iero. Colum-
ba eſt pacis nuncia. pietatis emula. ſocietatis amica. et
iniurie immemor. In hac natura columbe docet̄ quili-
bet homo vt ſit nuncius pacis. emulus pietatis. ami-
cus ſocietatis ⁊ iniurie ſibi illate imemor. Et ſi hec q̄tu-
or cordi ſuo inſeret fm doctrinā apl̄i malū ꝓ malo non
redderet. Primo quidē debet eſſe nuncius pacis: ⁊ tūc
ſilat̄ tribꝰ creaturis: ⁊ pmo columbe noe quā emiſit de
archa q̄ veniēs tulit ramuʒ oliue in ore ſuo: ꝑ qđ Noe
intellexit dominuʒ eē placatum Gen̄. viij. Quid ꝑ ra-
mum oliue: niſi ſignū pacis intelligit̄: quē debēt homi-
nes in ore portare: vt ad ea que pacis ſunt admoneant
ſicut fecit apoſtol9 in vbis thematis dicēs. Si fieri pōt
qđ ex vobis eſt cum omnibꝰ hominibꝰ pacē habentes.
⁊ ſimilit̄ ad Roma. xij. Que pacis ſunt ſectamini. Se-
cundo ſimulantur anglis: qui nato domino nunciaue-
runt pacē Luc. ij. Et in terra pax hominibꝰ bone volū-
tatis. Tercio ſimules ſunt aplis q̄ ferebant paceʒ in ore
coꝝ. ⁊ cum intrabant domus hominū pacē nunciaue-
runt dicētes. Pax huic domui Math. x. quia domin9
monuit eos Luc. x. In quācumqȝ domū intraueritis:
dicite primū. Pax huic domui. Et merito quilibet ho-
mo debet eſſe nuncius pacis. quia ſic non reddet malū
ꝓ malo ſuis inimicis. Quia dicit Richard9 de ſancto
victore. Pacifici ſunt qui cū eis a malis mala inferunt̄
mala minime retribuunt. Sed cum eis qui oderūt pa-
cem. pacifici ſunt ſicut Dauid qui dicit Ps̄. cxix. Cum
his qui oderūt pacē erā pacificus. Et ſubdit Richar-
dus. Pacifici ſunt qui in ſe nō tm̄ pacem cuſtodiunt.
verumetiam ⁊ alios diſcordantes: ad vnitatem pacis

reduxerunt. Sicut fecit ille frater de quo dixi ſupra infra
octauam natiuitatis chriſti. K. D. Sunt econtra q̄ nō
nunciant pacem: ſed diſcordiam ſm ꝙ dicit Pſ. Con
tritio ⁊ infelicitas in vijs eoꝝ. ⁊ viam pacis nō cogno-
uerunt. ideo tales nec in futuro habebunt pacem ſicut
iſti duo de quibꝫ ſupra. K. D. Refert Tho. in apiario.
c. xlj. In partibꝫ galylee ſb̄ philippo rege vir religioſus
fuit qui a iuuenili etate pertinaciſſime vite fuit. vt idem
quod de eſau ſcriptum eſt Gen̄. xvj. Manus eius con
tra omnes ⁊ manus omniū ꝯtra eū. in eo videt̄ imple-
tum vt nec parentes ꝓprios quieſcere ſuſtineret. ſed ad
amariſſimū finē ꝑduceret poſt quos ⁊ ipſe miſerabilit̄
infirmatus ⁊ in agone mortis poſitus ſpretis eccleſiaſti
cis ſacramentis ſubito inter manus aſtantium clamās
horribiliter exiliuit dicens. Surgite omnes arma acci-
pite ⁊ iuuate me ꝯtra ꝓprium patrem qui omniū inimi
coꝝ meoꝝ ductor factus eſt ⁊ me conat̄ occidere. et hec
dicens quaſi ad ingredientem multitudinē ad oſtium
ire conabat̄. nec mora. cadens euerſis oculis clamauit
expirans. Heu me pater meus validiſſime lapide frō-
tem meū ꝑcutiendo contriuit. Hi aūt qui aſtabāt ne-
minem videbāt ſed quaſi turmam comprimentē ſe in-
gredientiū audiebant. ⁊ dicit idem doctor. vide q̄ nec
patrem ꝓprium ꝓpiciū habere potuit quātis diuine vin
dicte aduerſionibꝫ dignus fuit. ⁊ addit: nō tamē abſo-
lute eum qui apparuit illius patrem dixerim: ſed forte
aliquem ex ſpiritibꝫ ſiue bonis ſiue malis cum dictū ſit
armabit creaturā in vltionē inimicoꝝ. ideo dicit Iſido
rus libro. ij. ſoliloquioꝝ. Diſce mala potius ferre q̄ in-
ferre. eſto patiens. eſto manſuetus. ſerua patientiā. mo
deſtiā ſerua. ꝓba deſpectionem. diſſimulando errores.
calca contumelias detrahentiū patientia extingue ſa-
gittas. i. iniurias patientie clypeo ꝯtra verba aſpera. cō
tra lingue gladium patientie prebe ſcutum. tene inſuꝑ
ſilentij patientiam: tacendo eīm vinces. cui ꝯſonat Oui
dius in lib. de ponto dicens. Non opus eſt armis vbi
vox ſuppreſſa triumphat. ⁊ pauꝑ Hēricus li. iij. ſic ait.
Diſce grauanda pati patientia tēperat iram. ⁊ diuinos
animos mentis oliuā domat. Ubi ꝑ oliuā intelligit pa
tientiam vel pacem. Ideo refert Iero. de illuſtribꝫ vir̄
ꝙ athenienſes volebant augere multitudinē hominū
q̄ ex bellis ⁊ peſte fuerunt diminuti decreuerunt vnuſ-
quiſq̄ athenienſium plures habere vxores. accepit er-
go Socrates duas vxores. ſ. xantipen ⁊ mitoneptē he
cum crebro inter ſe litigarēt: ⁊ ille eas ob hoc derideret:
cum ꝓpter fetidiſſimū hoīem vtpote ſymeis naribꝫ re-
calua fronte diſceptarent. ſed ille tacuit. nouiſſime ver-
terunt in eum impetū ⁊ fugere cōpulerūt. Quadaꝫ die
cum poſt multa ꝯuicia ſedens in quodaꝫ loco ſub fene-
ſtra xantipen aquā immūdā fudit ſuꝑ caput eius. at il
le caput ſuum tergens ait. ſciebam ꝙ poſt tonitrua plu
uia ſequeret̄. Interrogatus a quodā quare mulierē tā
impetuoſam nō expelleret. Rn̄dit diſco in domo qua-
lis ſim in foro. cum enim taleꝫ in domo ſuſtineo me ex-
erceo vt foris facilius iniuriarum feram. Secundo de-
bet homo adinſtar columbe eſſe emulus pietat̄ qd̄ ad
oīa valet. valet enim ad ferenda oīa mala ⁊ cōuicia. hō
eīm pius fert mala ſibi illata patienter ⁊ nō reddit vin-
dictam ⁊ ꝑmittit aduerſarium ſuum facere qd̄ vult. et
plus dolet de peccato ipſius q̄ de malo ſibi illato. ſicut
patet de chriſto qui eſt piiſſimus. ideo cum ipſe maledi
ceret̄ nō maledicebat. j. Petri. ij. ſed pro maledicentibꝫ
exorauit Luc̄. xxiij. Econtra aūt q̄ ſectat̄ impietatē pro
nus eſt ad vindictā. ⁊ quilibꝫ talis ſimilis eſt pellicano:
de quo refert glo. ſuꝑ Pſ. et pliniꝰ in ſpe. naturali. Cuꝫ
gignit natos qui cū incipiunt creſcere ꝑcutiunt parenteꝫ
in faciem ꝓpter qd̄ mater ex impietate repcutit ⁊ occi-
dit eos. ſed tercia die dolet ſe in corde vſq̄ ad effuſionē
ſanguinis vulnerat: et calidū ſanguinem ſuꝑ filios fun
dit. ex cꝰ virtute pulli reuiuiſcūt. tūc pulli eīm pellicanū
in faciem percutiunt quando homines verba iniurio-
ſa in faciem ſibi dicunt. ſꝫ pellicanus repcutit ⁊ occidit
qn̄ audiens iniuriam vel maluꝫ hoīem iniuriantē odit
⁊ ei maledicit ſiue detrahit ⁊ ſic eū ſpūaliter occidit. iux̄
illud. j. Pe. iij. Qui odit fratrem ſuuꝫ homicida eſt. De
detractore aūt ꝙ occidit dicit Alexander pap̄. vj. q. j. c. I
Summa iniquitas eſt fratres detrahere ⁊ accuſare. vn̄
ſcriptū eſt. Omnis qui detrahit fratri ſuo homicida eſt
Et de pe. di. j. c. qui. dicit clemens papa. Qui occidit et
qui odit fratrē ſuū. ⁊ q̄ ei detrahit homicida pariter de
trahat̄. ꝑ hos ſacros canones apte claret ꝙ oīs q̄ malū
ſibi inferentē odit ⁊ ei detrahit ad inſtar pellicani ipſuꝫ
ſpūaliter occidit. Debet ergo ſicut pellicanus pullos ſu
os viuificat ipm̄ cui detrahit viuificare. et hoc tunc fit
cum famā ſibi ꝑ detractionem reſtituit dicendo ſe fal-
ſum dixiſſe ⁊ iniuſte eum diffamaſſe vel odiſſe. Et dicit
Tho. ſcd̄a ſcd̄e. q. lxij. ⁊ qui ſic mortificatus fuit in ſua
fama vel honore tunc viuificabit̄ cum ꝯfitet̄ falſuꝫ de ſe
dixiſſe. Tercio debet eſſe amicus ſocietatis: debet eīm q̄
libet amare ꝓximū ſuū: et ſic nō reddet ſibi malū ꝓ ma
lo. ſicut enim peregrini in via ſocialiter incedūt nec ma
la ſibi inferunt ſic et nos qui ſumus in hac vita ꝑegrini
q: non habemus hic manentē ciuitatē ſed futuram in-
quirimus ad Hebreos. xiij. Ideo habere debemꝰ ami
cabilem ſocietatem vnus alterum diligendo vt ſecuri
veniamus ad patriam ad quam nati ſumus. ſed hanc
ſocietatem nititur dyabolus impedire ⁊ diſcordiam co
natur excitare. ſicut probat Ceſarius in dyalogo. Duo
inquit ciues Colonienſes diuites ⁊ honeſti ⁊ ſpiritua-
les adinuicem amici ad ſanctum Iacobum ſimul pro-
fecti ſunt: die quadam cum ſoli equitarent precedenti-
bus ceteris fratribꝫ dyabolus amicicie et concordie in-
uidens. in ingreſſu cuiuſdam nemoris baculum in dor
ſo vnius eoꝝ pendentem ſatiſq̄ fortem in duas partes
fregit qui cum neminem eſſe conſpiceret turbatus cla-
mauit ad ſociuꝫ. Eya frater quare fregiſti baculū meū?
Illo negante etiā cū iuramento ita in euꝫ exarſit vt vix
manus ab eiꝰ leſiōe cohiberet. tādē gratia dei ⁊ meritis
apoſtoli Iacobi ad menteꝫ redactus apud ſocium ſuū vni
ce dilectum penitentiam egit. et totius diſcordie caput
dyabolus aufugit ⁊c̄. Quarto debet quilibet ad inſtar
columbe iniurie illate eſſe immemor. Unde nota vnꝰ K
iniuriat̄ alteri tripliciter. Uno modo reꝯ cū manꝰ in-
fert̄ ſicut cum quis manu nuda ⁊ inſtrumēto bellico ꝑ-
cutit aut inuadit. De manu ꝑcutiente dicit dominus
Math. v. Si quis te percuſſerit in vnā maxillam pre-
be ei alteram. Sed diceres. Nunquid ꝑcutienti maxil
lam ſemper eſt ei altera prebenda? Rn̄dit ei beatꝰ Au-
guſt. in epiſtola de puero ꝯtritionis. et habetur. xxiij. q.
j. c. paratus. Iſta inquit precepta magis ſunt ad p̄para
tionē cordis q̄ ad opus qd̄ in aꝑto fit vt teneat̄ in ſecre
to animi patientia cū beniuolentia. in manifeſto aūt il-
lud fiat quod videt̄ eis prodeſſe quibꝫ bene velle debe-
mus. Hinc dominus cū cederet̄ in faciem ait. Iohan.
xviij. Si male locutus ſuꝫ exprobra de malo: ſi auteꝫ be
ne cur me cedis? Et paulus ꝑcuſſus in faciem dixit p̄n
cipi. Percutiet te deus paries dealbate Actu. xxiij. Si
aūt hoc non prodeſt tunc ꝑcutienti vnā maxillam q̄tū
ad animi promptitudinem exhibenda eſt altera nec re
ſiſtendum eſt malo qd̄ ꝑ patientiam perſecutoris lucra
ri poſſumus deo: ad qd̄ ꝓbandum quidaꝫ philoſophi
voluerunt probare monachos dixerunt. Tu monache
male ſenex veni huc. ille ꝯo curſiue venit ⁊ ceperunt ei
alapas dare. ille aūt ꝯuertit eis aliaꝫ maxillam. Statim
q̄ philoſophi ſurrexerunt ⁊ adorauerunt eum dicētes.
quid eſt qd̄ plus facitis nobis in ſolitudine iſta ieiuna
tis ⁊ nos ieiunamꝰ. Caſtigatis corpa veſtra ⁊ nos caſti
gamꝰ. ſꝫ q̄d vos facitis ⁊ nos faciamus. quid ḡ plus fa-
citis nobis ſedentes in heremo. ſenex rn̄dit. In gratia
dei ſperamus nos: ⁊ mentē noſtrā cuſtodimus. Et illi

edificati dimiſerunt eum. Sed poſſet aliquis dicere. ꝙ
ſi dominus meus faceret mihi iniuriam me ꝑcutiendo
nunquid debeo me defendere eū repcutiendo. Ad hoc
dicunt aliq̄ ſi dominus faceret tibi violentiaꝫ. ꝓpe ge-
walt. vt ſi te ſpoliaret aut ꝑcuteret manibꝯ. ſi tu eū ꝑcu
tis gladio vel cultello nō facis defenſioneꝫ neceſſitatis.
ideo reus habereris. ſi aūt dn̄s tuus curreret aduerſus
te cum armis tibi nociuus. ſi nunq̄ te ꝑcuteret aut tan
geret potes eum ꝑcutere. ⁊ ſm̄ leges potes eū occidere:
q: tūc facis defenſionē neceſſitatis ꝓpe ein not wer. q:
armatā neceſſitatem depellere debet quis cum armis.
vt. ff. de vi ⁊ vi arma. l. j. §. vim vi. quia meli⁹ eſt vt q̄s
corpus ſuum defendat q̄ leſionem patiat̄. C. quando
liceat vnicuiq; ſine iudice ſe vindicare. ⁊ q̄uis hec leges
ꝑmittunt nec puniūt. lex tn̄ ſpūalis aut canon aliō ſen-
tit. xxiij. q. j. §. vbi dicit̄. ſicut ꝓprias ita ⁊ ſocioꝝ iniuri-
as patienter monemur tolerare nec ad arma cōcurrere
ſed ad exempla ſanctoꝝ ad ſimilia ferenda nos ꝑpare.
Sed ſi vlterius quereret quis. quid ſi clericus iniuriat̄
ab aliquo q̄ infert ſibi vim in rebus aut perſona: nūq̄d
tenet̄ defendere ſe ⁊ ſua ⁊ illum iniuriānteꝫ occidere. de
hoc dicunt aliqui vt Laurētius doctor ex̄ de homi. c. ſu
ſcepim⁹. Si igitur aliq̄s clericū armis impetat ⁊ ſpoliet
non debet ꝓpter res tranſitorias armis ſe tueri ⁊ ſpolia
torem interficere. vt. xxiij. q. viij. c. j. ⁊. c. minor. Et exp̄ſ
ſe habet̄ in. c. ſuſcepimus. quidaꝫ iudicat̄ irregularis q̄
captus a ſe ⁊ a ſocio latrones ligauit quos ſocius eius
poſtea ligatos occidit. Sed dicunt aliqui alij ꝙ opinio
illa eſt nimis dura cū ⁊ fratres predicatores ⁊ minores
poſſunt defendere ſua. et tenet Bartho. bix. ꝙ et cleri
cis ſicut ⁊ laicis licet repcutere ⁊ vim vi defendere. ⁊ ſic
diſtinguit. q: aut vis infert̄ ꝑſone aut rebus. ſi vis ꝑſo-
ne tūc eſt vis repellenda anteq̄ ſit illata. licet quidā di-
xerunt ꝙ nullus debet vim repellere niſi illataꝫ īmo in-
ſidiantem poteſt quis licite occidere ⁊ eū q̄ vult occide
re. vt. ff. ad legē aquil. l. iiij. ⁊. v. ſi tn̄ aliquis vim factam
repellat potius p̄lurimi debet ꝙ defendendi nō vlciſcen
di cauſa illud fecerit. requiritur tamen ꝙ defendēdo ꝑ-
cutiat non vlciſcendo vt cū moderamine ſe defendat.
Et dicit Alanus ꝙ moderamen ſeruat̄ ſi illud tn̄ fiat
quo obmiſſo violentia repelli non poſſet. vel hoc mode
ramen locum habeat quando aliquis cauſa tuēdi ſe re-
ſiſtit aduerſario cum tanto moderamine ꝙ tutela illa ē
inculpata. id eſt ſine culpa quando non excedit nimiuꝫ
in defendendo vel plus ledendo aduerſariū ex ꝓpoſito
maxime q̄ exigat illa violentia. Ex illo concluditur. Si
aduerſarius te ꝑcuſſerit ⁊ poſtea fugit. ⁊ tu fugientem
ſequeris ⁊ occidis irregularis iudicaris. q: hoc non fie-
ret ad ꝓpulſationem iniurie. ſed ad vltionem qō ſacris
regulis ꝓhibet̄. xxiij. q. iiij. c. inter querelas. Si autem
vis infert̄ rebꝯ ⁊ illatam iniuriam ⁊ inferendaꝫ licitū eſt
repellere. ſed tamen potius illatam q̄ inferendam. hec
L. Bartho. Secundo iniuriatur quis verbis vt quando
conuicium ei fit. Eſt autem conuicium quando aliq̄s
alicui turpe dicit quod non eſt petīn̄ vt eſt ruſticus. cō-
tractus vel ſeruus: vt dicit Glo. ſup illo verbo excepto
conuicio Ecci. xxij. Hec iniuria eſt ꝓpter deum patien
ter toleranda. quia hanc iniuriam patienter tolerans:
celeſtem meret̄ coronam. xj. q. iij. c. et ſi ad tempus dam
naueris ab homine. etſi dixerit ſententiam ꝓconſul in
Cyprianum ſcꝫ martyrem. aliud eſt ſella terrena. Glo.
ſedes iudicis. aliud eſt tribunal celeſte. i. ab inferiori ac-
cipis ſententiam a ſuperiore coronā. et ſunt verba Au-
guſtini ſup Ps̄. xxvij. Ideo legit̄ in vitaſpatruꝫ. Qui-
dam patriarcha precipiens dari petenti cuidam elemo
ſynam decem nummos ereos tanta conuicia patiebat̄
a paupere ꝙ iſte quem miſerat cui debebat dare noluit
hi aūt qui in obſequio eius erant querentes eum cede-
re. qui cōuiciebatur increpauit eos vehementer patri-
archa dicens. Sinite eum fratres ſexaginta habeo an-
nos blaſphemaui deum per opera. et vnum conuiciūꝫ
non portarem ab iſto. et precepit datori ſoluere ſacculū
et ſineret pauperem quantum vellet accipere. Ecce ille
impleuit illud verbum apoſtoli. Non voſmetip̄os de-
fendentes. ⁊ non dedit locū ire quia refrenauit animū
ſuum ne vindictam expeteret. ⁊ non ſolum ſe non vin-
dicauit ſed etiam inimicum ſuum cibauit in eo qō ei de
dit inquantum voluit ſumere. ⁊ impleuit illud qō ſeq̄-
tur. Si eſurit inimicus tuus ciba illum. ſi ſitit da potū
illi. Sed diceret aliquis. Nunq̄d teneor iniurias remit
tere ei a quo leſus ſum? Ad hoc reſpondeo nullus cogi
tur iniurianti indulgere priuſq̄ humilietur. tenet̄. n. in
iurians ſatiſfacere leſo. vt dicitur. xxiij. q. iiij. c. ſi illic. ſi
aūt iniurians leſo ſatiſfecerit. ⁊ coram eo ſe humiliaue-
rit peccat ſi non remiſerit. Et hoc ꝓbat̄ di. xc. c. Si q̄s.
vbi dicit̄. Si quis ꝯtriſtatus noluerit reconciliari fra-
tri ſuo ſatiſfaciente eo. q: contriſtauit acerrimis macere
tur medijs. Gloſa. id eſt penis eius excōmunicationis
vſq; dum gratanti aīo ſatiſfactionem recipiat. tenet̄ tn̄
quilibet rancorem dimittere. et iniurianti q̄uis non ſa
tiſfecerit. vt de pe. di. v. c. vlti. quia non eſt nobis licitū
aliquem odio habere. vt. xxiij. q. iiij. c. in lege. Sed actio
nem iniuriarū. i. ſatiſfactionem non tenet̄ dimittere ni
ſi q̄s ſe humiliauerit. ideo refert Grego. in dyalogo lib.
j. c. ij. Quidam abbas ꝯtra venerabilem libertinū i gra
uem iracundiam exarſit ita vt eum manibꝯ cederet. Et
q: virgam qua ferire poſſet minime inuenit comp̄hen
ſo ſcabello ſubpedaneo caput eius ⁊ faciem eius totun-
dit totumq; vultum eius tumentē ⁊ liuidū reddidit q̄
vehementer ceſus ad ſtratum ſuuꝫ tacitus receſſit. die
v̄o altera ꝓ vtilitate monaſterij erat exiturus. expletis
hymnis matutinalibꝯ ad lectum venit abbatis gratiaꝫ
ſibi humiliter petijt. Sciens. n. ille quantū a cunct̄ ho
noraret̄ quantūq; diligeret̄ ꝓ iniuria quā ingeſſerat re
cedere eum velle de monaſterio putabat. ⁊ requiſiuit. ſi
vis ire. cui ille monaſterij cauſa conſtituta eſt pater de-
clinare nequeo. q: heſterna die me iterū ꝓmiſi illuc. tūc
ille conſiderans aſperitatem ⁊ duriciam ꝓpriaꝫ. ⁊ humi
litatem ⁊ manſuetudinē libertini de lecto ꝓſilijt pedes
libertini tenuit ſe peccaſſe ⁊ reuꝫ eſſe ꝯteſtatus eſt. ac cō
tra ſe libertinus in terram ꝓſternens eius pedibꝯ ꝓuo
lutus ſue culpe non illius ſeuicie fuiſſe referebat quod
pertulerat. ſicq; actum eſt vt ad magnam manſuetudi-
nem ꝑduceret̄ pater ⁊ humilitas diſcipuli magiſtra fie
ret magiſtri. Cumq; ꝓ vtilitate monaſterij ꝯſtitutionē
cauſe regreſſus fuiſſet multi viri nobiles qui euꝫ valde
honorabant vehementer admirati ſollicite requirebāt
quid nam hoc eſſet ꝙ tam tumentē ac liuidam faciē ha
beret. quibꝯ ille dicebat. heſterno die ſero peccatis meis
facientibꝯ in ſcabello ſuppedaneo impegi atq; ꝑtuli. ſic-
q; vir ſanctus ſeruans in pectore ⁊ in ore veritatem nec
patris prodebat vicium: nec falſitatis incurrebat pec-
catum. Hec Grego. Tercio iniuriat̄ quis lr̄is vt cuꝫ M.
quis librū. hyſtoriam vel cartam ad infamiā alicui⁹ ꝑti-
nentē ſcripſerit vel ꝯpoſuerit vel ediderit aut malo do
lo fecerit ꝙ eoꝝ fieret: puta ſi dimiſit ſcripturam cadere
in plateam. vt extra de verbo. ſig. late. nec diſtinguit̄. ſi
nomine ſuo vel alterius ediderit expreſſo nomine ꝓprio
illius quē infamare intendit vel nō expreſſo. Et eſt no-
tandum ꝙ quicunq; ſcribit talem libellum diffamoſuꝫ
ſi agatur contra euꝫ criminaliter pena eſt ſm̄ leges de-
capitatio tam contra illum qui fecerit q̄ eum qui inue
nerit niſi corruperit vel nulli reuelauerit. vt. C. de famo
ſo libello. l. v. ⁊. v. q. j. ſi quis famoſum. ⁊ quilibet de po
pulo poteſt accuſare tales. Si autem agatur contra eū
ſm̄ canones tunc excommunicat̄ ⁊ flagellat̄. vt probat̄
v. q. j. c. qui in alterius. et. c. hi qui. ⁊ poteſt poni euꝫ ſic
graue crimen qō damnatione digniſſimū eſt. vt ꝓbat̄
xxv. diſt. §. nunc autē. Et tales in foro pn̄iali tenentur
ad reſtitutionem fame dicendo vel ſcribendo ſe falſum

Exempla

dixiſſe vel ſcripſiſſe vt ſupra. N. J. Alis vo nō penitēt:
q: dicit de regulis iuris li. vj. Peccatū non dimittit ni
ſi ablatū reſtituatur. ⁊ q: abſtulerunt tales ꝑ ſua falſa ſcri
pta vel literas famā alioꝝ certe reſtituere tenent eā alis
peccatoꝝ veniā nō merent. Ideo ſint in hoc cauti ipſi
ſacerdotes ⁊ ꝯfeſſores. vt cū tales ad ꝯfeſſionē ipſoꝝ ve
nerint eos inducant. vt ſicut prius ſcripſerunt fame il
lius denigrationem. per ſua etiā ſcripta faciant fame ab
late reſtitutionē. ⁊ ſicut prius ſcripſerunt infamiā poſtea
ſcribāt bonam famā. ⁊ ſi ſic faciūt implēt dictū apli qui
ꝯcludit epl'am dicens. Noli vinci a malo. ſed vince in
bono malū. qui hoc malū infamie vincunt in bono pe
nitentie cū videlʒ penitēt ſe male ſcripſiſſe ⁊ primū tur
piter infamaſſe. ſi n. vincerent ab hoc malo nec famaʒ
vt dictū eſt reſtituerent filij ꝑditōnis eſſent.

¶ Adhuc de eadē ſermo in euangelium.

Cum deſcendiſſet ieſus
de monte ſecute ſūt eū turbe mlte. ⁊ ecce lepro
ſus veniēs adorabat eū dicēs. dñe ſi vis po
tes me mūdare Math. viij. Pli. in ſpe. na. dicit. Inter
alias aues aquila eſt regina ⁊ magis liberalis. nā ꝑdaʒ
quā arripit niſi nimia fame arceatur ſola nō comedit. im
mo ſeruata ſua ꝑmitus portione aliā ꝑtem auibꝰ ſeqn
tibꝰ ſe quaſi cōem exponit. ideo multitudo auium ꝑter
aues rapaces eā comitantur. nā in aſpectu ⁊ auditu aqui
le timent omnes aues prede. Et dicit Pli. idem. ꝙ hero
dius aut ꝯſimiles aues in die quando audiūt aqlaʒ vix
predantur. et hoc forſan accidit ex timore. Spiritualiter ꝑ
aquā intellige xp̄m ꝓpter duo. ꝓpter viſus ſui claritateʒ
ſicut. n. aqla vt dicit Iſido. lib. xij. Eſt adeo limpidi vi
ſus vt ſi ſit in aere adeo alto ꝙ vix humanis pateat ocu
lis: in fundo tn̄ maris minimos piſciculos cōtemplatur.
ſic etiā chriſtus eſt adeo clari viſus ꝙuis ſit in ſummo
celo attamen vidit minima opa noſtra que ſunt in mū
do. iuxta illud apoſtoli ad Hebreos. iiij. Oīa nuda ⁊
aperta ſunt in ocul' eiꝰ. ideo multū ꝓbi deberent eē ho
mines. ſicut dicit Boe. li. v. ꝓ'a vlt. Magna eſt nobis
indicta neceſſitas ꝓbitatis cuʒ operamur ante oculos
iudicis cuncta cernentis. Scdo ꝓpter ſuam liberalitatē
ſicut enī aquila pre omnibꝰ eſt liberalis auibus vt ſup.
ſic chriſtus eſt pre omnibꝰ liberaliſſimus in eſurientiuʒ
nutritōne. peccatoꝝ receptōne. ⁊ ignorātiū inſtructōe.
ideo multi hoīes frequenter eū ſequebātur. ſicut h Mat.
viij. dr ꝙ ſequebantur eum turbe multe. Aliqui vt ab eo
paſcerentur. alij vt in grām eius reciperentur. reliqui vt quaſi
ignorātes inſtrueret. ideo dicit Bern. ſup canti. Dñi
no ꝓpter manſuetudinē que in te ꝑdicatur currimus poſt
te domine Ieſu xp̄e audientes ꝙ nō ſpernis pauperes
quaſi diceret. ſi egenū paſcis. peccatorē nō horres. q. d.
ſed in gratiam tuā recipis. et ſubdit hoc aptius declarā
do. Nō horruiſti cōfitentē latronē: nec peccatricē cha
naneā in adulterio deprehenſaʒ. non ſedentem in the
loneo. nō publicanū ſupplicantē. nō negantē diſcipulū
nō ꝑſecutorem diſcipuloꝝ. nō ipſos crucifixores tuos.
in odore vnguentoꝝ tuoꝝ currimus. Sed valde certe
notabile qd̄ dictū eſt. ſ. ꝙuis aquilā ſequuntur mlte aues
ſcʒ cōes tamen aues prede eam nō ſequuntur ſed timent.
Quid ꝑ aues prede intelligunt niſi nobiles qui vt fre
quenter paupes depredantur. iuxta illud Ezech. xxij. Prin
cipes eius in medio eius rapientes ꝑdā ad effundēduʒ
ſanguinē. ⁊ ad perdēdas animas et auare ſectanda lu
cra. vbi ꝑ principes intelligit homines indifferenter q
ſup alios principantur. ſiue reges. ſiue duces. barones.
milites. et ceteros nobiles. et hi raro ſequuntur iam verā
aquilam chriſtum quia in hodierno euangelio tn̄ legi
tur de vno nobili. ſ. Centurione qui ſecutus fuit chri
ſtum magis tamen vt reciperet pueri ſui ſanitatem. ſed
vtinam ad inſtar rapacium auiuʒ timerent aquilā chri
ſtum ⁊ a preda ceſſarēt ne vnguibus ire eius laniarentur
⁊ damnarentur demonibꝰ. Iuxta illud Eſa. xxxiij. Ve q
predaris nonne ⁊ ipſe ꝑdaberis. q. d. ſic. et licet illi mun
di nobiles xp̄m nō ſequantur ſed eū vt frequenter in ſuis
ſacerdotibꝰ ⁊ ceteris pauperibꝰ ꝑſequūtur. tamē turbe
et cōmūes populi ſecuti ſunt chriſtum. et adhuc quo
tidie ſequuntur vt dicit preſens euangelium. Cum deſcē
diſſet. In quo ad ſenſum moralem et ſpiritualem tria
ſcribuntur.

Chriſti manifeſtatio.	ibi	cū deſcēdiſſet.
Vulgi comitatio.		ſecute ſūt eūʒ turbe
Leproſi deprecatio.		⁊ ecce leproſus ve.

Circa quod notandū reges aut principes aliiqꝫ domi
ni terreni ſolēt habere vt frequēter in mōtibꝰ ſuas mā
ſiones atqꝫ caſtra. quia vt dicit magiſter libro. xiiij. ꝓprie
tatum. ꝙ montes ſunt fortes ⁊ apti caſtrorum edifica
tioni ꝓpter quod manſiones in montibꝰ ſunt tutiores
ceteris. tum ꝓpter duriciē. tum ꝓpter altitudinē. tū pro
pter aſcenſus difficultatē. Ideo refert auctor ibidem ꝙ
in monte ebron tanꝙ in loco tutiori deus regi Dauid
inſtituit manſionem. ⁊ vt illuc aſcenderet poſt mortem
Saul imparauit vbi ſex annoꝝ ſpacio regnans tandē ad
totius regni iſraelitici faſtigiū aſſumptus eſt. Et licʒ re
ges ⁊ ceteri dñi in mōtibꝰ ſuas habeāt manſiones tamē
interdū deſcēdūt ⁊ ſe populis ſuis manifeſtāt. Spūali
ter ſic chriſtus ab eterno ſuā māſionē in mōte celi tanꝙ
rex regū et dñs dominantiuʒ habuit. Et iſte mons celi
in quo dñs Ieſus chriſtus ab eterno fuit ⁊ habitat ē ſi
milis mōti ſynai propter multa. Primo ꝓpter angeloꝝ
frequētationem. q: in mōte ſynai angelus frequēter in
ꝑſona dñi apparuit. ⁊ locutus eſt Moyſi. ſicut de hoc
dicitur Exod. iij. Apparuit illi in deſerto mōtis ſynai ange
lus in ignea flamma rubi. Et ſi. d. a. tn̄ Exo. iij. dr. Deꝰ ſi
bi apparuiſſe. ſed dicunt doctores ꝙ in veritate fuit an
gelus in ꝑſona dei loquentis. quia dicit magiſter lib. ij.
diſt. viij. Illud indubitanter teneamus ꝙ deus in ſpe
cie eſſentie ſue nūꝙ mortalibꝰ apparuit. ſic etiam ī mō
te celi ē frequētia angeloꝝ. quia dicit Beda quē allegat
magiſter libro. ij. diſt. ij. c. vj. Hoc ſuperius celuʒ quod
a volubilitate mūdi ſecretū eſt mox vt creatum eſt ſan
ctis angelis repletum eſt. Sed ſi quereret quis propter
quid voluit deus eſſe frequētiā angeloꝝ in monte celi.
ad hoc dico ꝙ conſuetudo eſt ꝙ domini terreni habēt
ſuos ſeruos propter laudem ipſoꝝ ⁊ famulatū. ſic etiaʒ
dominus celoꝝ habʒ ſuos angelos vt ei ſeruiāt. ⁊ ipſiꝰ
laudē exprimāt ⁊ pcinnāt. Iuxta illud dictuʒ magiſtri
libro. ij. diſt. j. cap. vj. Et ſi inquit queritur ad quid cre
ata ſit ratōnalis creatura. ſcʒ angelica. Rndetur ad lau
dandum deum vl' ad ſeruiendū ei ⁊ ad fruendum deo
in quibus profecit ipſa ſcilicet angelica creatura. vel eti
am humana nō deus. Ideo dicit dominꝰ ad Iob. xxx.
caplo. Vbi eras cum laudabāt deum aſtra matutina ⁊
iubilarēt omnes filij dei. exponit magiſter libro. ij. diſt.
ij. c. vbi ſupra. Aſtra matutina ⁊ filij dei eoſdem ange
los vocat. Et dicit Gloſa ꝙ dicti ſunt filij dei. quia ſūt
facti ad imaginem ⁊ ad ſimilitudinē ipſius vl' quia ſūt
illuſtrati ꝑ gratiam ⁊ iuſticiam eius. ideo angeli ⁊ fide
les famuli quotidie exequuntur officium ſuum canen
tes deumqꝫ laudantes. ſicut audiuit Eſaias. c. vj. San
ctus ſanctus ſanctus dñs deus ſabaoth. Scdo ꝓpter
lumen ⁊ flamationē rubi Exod. iij. io dr etiam Exo. ix.
ꝙ totus mons ſynai fumigabat eo ꝙ deſcēdiſſet domi
nus ſup eū in igne. ⁊ aſcēdit fumus ex eo quaſi de forna
ce. Ita etiā in monte celi ē lumē indeficiēs qd̄ quidē fe
cit deus. ſicut teſtatur Eccl. xxiiij. Ego feci in celis vt ori
retur lumē indeficiēs. ⁊ hoc lumē ē ex claritate chriſti ⁊ ſā
ctoꝝ ⁊ ꝑcipue trinitatis. De claritate xp̄i q̄ ineffabilis ē
quaſi in enigmate oſtēſa ē cuidaʒ puelle. de qua legitur
ꝙ fuit habitu ſecularis. ſed vita religioſa valde. ſcilicet.